



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXXXVIII. ad annum MCCCCXL.

Parisiis, 1644

XI. De decimis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15490

ANNO
CHRISTI
1440. panas vel alia ad diuinum cultum deputata contra
voluntatem plebanorum quocumque modo, præ-
fertim ad profana & religioni ecclesiasticae aduer-
sa contreditent, aut per mansionarios ecclesiarum
pertractari mandent auctoritabiliter contra sacros
Canones, nec in ecclesiis & rebus earundem quid-
quam statuant, vel quomodocumque ordinare
præsumant.

X.

Insuper præsenti constitutione duximus inhi-
bendum vniuersis clericis nostræ dicæsis, ne sus-
pensos patibulo, decollatos, vel alias qualitercum-
que per sententiam morti traditos, in torneamen-
tis, ludis, publicis spectaculis, aut alias occisos, vel
subito defunctos, qui non eodem anno confessi,
vel alias in mortalibus peccatis morte præuenti fue-
rint, vel non receperint eucharistiæ sacramentum,
nisi de consilio sacerdotis duxerint abstinentium,
tradere præsumant ecclesiasticæ sepulturæ absque
licentia nostra aut vicarii nostri super hoc petita di-
lignantius & obtenta, nihilque pro concessione hu-
iustodi exigatur, neque recipiatur, nisi voluntarie
offerant; sed dumtaxat sibi salarium competens sol-
uatur.

XI.

Multi sacerdotalium interdum in detestationem
cleri temeritate propria decimas quas omnium Do-
minus solui præcepit, seruitio suo mancipatis sub-
trahere non verentur in animarum suarum grande
periculum. Ideoque cunctis præparatoribus & con-
fessoribus, religiosis & sacerdotalibus præcipimus, &

Tttt iii

in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus
in prædicationibus & confessionibus subditos suos
studiosius moneant & inducant, quod memores
salutis animarum decimas ipsas omnium terræ na-
scientium sine diminutione integre; personales ve-
ro secundum laudabilem consuetudinem persol-
uant, si pœnas damnationis æternæ voluerint eui-
tare.

XII.

Quia religiosos, qui per religionem sponte as-
sumptam Deo dicati sunt, purioris decet honesta-
tis & vitæ nitore clarere, ut Deo possint salubrius
famulari. Quapropter præsenti constitutione irre-
fragabiliter duximus statuendum, ut vniuersi abba-
tes, præpositi, priores, decani, ceterique monaste-
riorum professi nostræ dioceesis, monastica & re-
gulari vigeant disciplina, regulamque eis a sanctis
patribus institutam, secundum quod sacrorum sta-
tuta Canonum edocent, præsertim tria ordinis sub-
stantialia, videlicet abdicationem proprietatis, obe-
dientiam & continentiam, ceremonialiaque reli-
gionis secundum sanctam regulam & diffinitiones
sanctorum patrum diligentius studeant in omni-
bus obseruare. Si quis autem prædictorum suæ sa-
lutis immemor promissorum extiterit violator seu
neglector, secundum eamdem regulam & diffini-
tiones patrum pœna condigna puniatur.

Quoniam nedum in viris, sed etiam in mulieri-
bus Deo deuotis vigere debet religio sancta & vita
monastica secundum regulam suæ professionis &
patrum sanctorum diffinitiones, imo tanto cautius

ANNO
CHRISTI
1440.